



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Vesperī antequam dormitum eamus. Exercitium 59

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

ductus, Cruce grauissima oneratus, malefactos & mortis reus esse proclamatus est. Et supplicabimus ei vt per illā confusionem liberet nos ab illo pudore, quo peccatores in extremo Iudicij die perfundentur, quando multo māiori, cum sonitu, quam illiustubæ fuit, in æterna tormenta præcipitabuntur.

*Vesperis, antequam dormituri
eamus.*

Exercitium 59.

*Psa. 76. Meditatus sum nocte cū corde meo,
& exercitabar, & scopebam spiritū meū.*

Psalms. 123. In noctibus extollite manus vestras in sancta & benedicite Dominum.

Psal. 45. In die mandauit Deus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Consideratio.

EXaminabimus primo cōscientiam discurrendo per oēs horas diei, & attēte cōsiderando num aliqua in re Deum cogitatione, verbo vel opere offenderimus; & de offensis dolendo, veniam eorum à Deo nobis tribui postulabimus, idq; cum firmo proposito vitā corrigendi, & admissa

peccata suo tempore oportuno confitendi: assumemus denique pro illis aliquam pœnitentiam.

Gratiarum actio.

GRatias agemus Deo, quod hac die vitam nobis conseruauerit, corpori nostro alimenta subministrauerit, nosque à multis corporis & animæ periculis liberauerit: quod etiam alijs quamplurimis beneficijs, quæ illo die potissimû nos à munificentissima ipsius manu nos accepisse animaduuerterimus, nos affecerit.

Confusio.

ERubescemus coram Deo, ex consideratione negligentiae nostræ: quodque tam exiguo cum fructu dies nostros, transigamus: non modò nullum in virtutibus & bonis operibus augmentum capiendo, sed etiam deficiendo, & cum proficere deberemus retrorsum redeundo: cum indices proponemus, & eadem bona proposita quot die violemus.

Petitio.

ROgabimus Deum, ut nos ea nocte
ab

ab omni periculo, & ab omni illusione Diabolica custodiat: largiaturque nobis somnum quietum ad virium corpus nostri reparationem, vt ei tantò melius ac feruentius inferuire valeamus: Commendabimus etiam nos Angelo custodi.

Oblatio.

Offeremus nos Deo, ad seruiendum ei in posterum maiori eum cura & diligentia: vitam gratia ipsius adiuuante, vitam in melius commutando.

Quando nos exuimus ad somnum capiendum.

Exercitium 60.

Iob 1. Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc.

Apoc. 16. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Coloss. Expoliate vos veterem hominem, cum actibus suis.

Cant. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa.

ff 7

Matt.